



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari  
Aug. in Comicijs Avgvstæ. Anno M. D. XXX.**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1542**

**VD16 C 4714**

X.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35748**

## ARTICVLI FIDEI

Dei propter ordinationem & mandatum Christi  
sunt efficacia, etiamsi per malos exhibeantur.

Damnant Donatistas & similes, qui negabant licere populo uti ministerio malorum in Ecclesia, & sentiebant ministerium malorum inutile & inefficax esse.

### IX.

De Baptismo docent, quod necessarius sit ad salutem, tanquam ceremonia a Christo instituta. Et quod per baptismum offeratur gratia Dei, Et quod infantes sint baptizandi, Et quod infantes per baptismum Deo commendati recipiantur in gratiam Dei, & fiant filij Dei, sicut Christus testatur, loquens de paruulis in Ecclesia, Matth. 18. Non est uoluntas patris uestri qui in caelis est, ut pereat unus ex paruulis istis.

Damnant Anabaptistas, qui improbant baptismum infantum, & affirmant infantes sine baptismo & extra Ecclesiam Christi saluos fieri.

### X.

De Coena Domini docent, quod cum pane & uino uere exhibeatur corpus & sanguis Christi, uescentibus in Coena Domini.

De